I. N. J.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

IMPERIO MERO, MIXTO ET JURISDICTIONE.

quam

Permissu Superiorum

in Alma Wittebergensi

PRÆSIDE

Viro Nobili, Amplissimo & Consultissimo

DN. CASPARE ZIEGLERO,

Phil. & U. J. D. P. P. Curiæ Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessore

PRO LICENTIA

Summos in utroq; jure capessendi titulos

Proponit

GEORGIUS Aland/ Jütrebocensis Saxo

Mense Octobri . d. 7.

Horis ante & pomeridianis.

in Auditorio Majori.

WITTEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ JOHANNIS RÖHNERI,

Academiæ Typogr. Anno M. DC LVIII.

Mors.



Ifficultatem atq; Excellentiam hujus materiæ jamdudum Experientia emissa qvasi voce testatam reddidit. Propterea cùm & Doctores pleriq; in hâc commendanda abundent, nil addo. Versari eam non minus hodiernis moribus qvam Jure civili in pelago, facilè cuivis constat; Et si qvid dicendum mihi, hoc verissimum esse fateor, qvod de ea dici solet: plurimas scilicet materias suaviter in hâc parte juris delitescere. Qvod & in ipsa evolutione ita comperi, qvæ qvidem pulchro at difficili satis argumento animum implevit undiq;. Hæc autem, qvæ ad hanc Directricem Juris comportavi meditamenta, (qvorum utilitas, ob freqventes de Jdictione disceptationes, per communem vitam undiqvaq; se diffundit;) PRO INAUGURALI, cum insigni usu fori proponere, in præsenti animus est,

Tu DEUS annue cœptis!

I. Incunabula Jdictionis, qvat. generalitèr ac in nulla certa Republ. consideratur, referimus Juri Gentium. Qvo Jure, eoq; primævo, illi, qvi Juri dicundo præerant, à suis svadendi magis authoritate, qvam jubendi potestate audiebantur; (1) Dum injuriá tenuiores ad unum aliqvem virtute præstantem confugiebant, ut Jus naturæ explicatiùs illis proponeret, ex qvo deinde ab effectu potius, Principem eum appellarunt. (2) Verum adaucta hominum malitiâ, & cantu Amphionis lyræ eluso, coaluit cum pristina illa Jdictionis formula simul vis & potestas, Imperium, cogendi singulos ad mordendum fræna per eos, qvi Origo.

1. *Cæsar. lib. 5. Justin. lib. 1. pr. Hist. Tacitus de M. G. Paulus de Jvanicze Jvanicki in Institut. Polit. Taciti verbis. in proœm. p. 1. Etherius Mohr de Jdict. cap. 1. θ. 3.*

2. *Gen. 23. vers. 6. Gen. 21. v. 33. ibiq; Joh. Selden. de J. N. & G. secundum disciplinam Hebræorum. c. 8. l. 1. p. m. 104.*

Juri præerant. Idq; altero Jure Gentium, usu hoc exigente (1) Postmodùm ex Jd ct. & Imperio in unum collato succrevit manus regia. (2) Qvæ nova potestate aucta fuit, instituendi singula, qvæ in civitate necessaria erant pro arbitrio. (3) Cùm autem negotiorum multitudine Reges premerentur creati sunt magistratus, qvibus controversias civiles concredebant, criminalibus initio, qvod tamen mutatum, (4.) Majestati solùm reservatis. (5) Harum distractionem qvæstionem, illarum, Jurisdictionem vocabant.

Etymon. II. Qvam cum plerisq; deducimus à Jure & dicendo. Ditio namq; est penes Principem (6) & sæpè significat potestatem dominandi in personas, tàm privatam, (7) qvam publicam ipsius Principis. (8) Accedit, qvod & absq; ditione Jdictio interdum exerceri possit, uti exemplo Rectorum Academiarum & aliorum ut plurimùm patet, qvia is dicitur jus dicere cujus est Jdictio. (9)

Homonymia. III. Ipsa vox sumitur à qvibusdam ut mixt. & mer. Imp. sub se comprehendat; (10) qvod qvidem ἐν πλάτει, extensè & qvoad posteriorum temporum usum, non verò secundum leges Justinianeas concedimus. (11) nisi dicere velis, qvod in omni animadversione τὸ jus dicere, seu causam cognoscere secundum ordinem naturæ præcedat (12) Dicitur præterea de ipso exercitio (13) Regione, Jdictione thetica, von rechtsetzen und ordnen. (14)

po-

1. L.5. D. de J. & J. verb: discretæ gentes, regna condita.

2. L.1. §.1. D. de O. J.

3. vid. Magnif. Dn. Joh. Christoph. Marci Præceptor atq; Patronus meus enixè colendus in Histor. Juris Collegio ad digesta præmissa in pr.

4. L.2. §.32. D de O. J. Cabbot. lib.2. disp. c.5. Rosin. l.7. Antiqvitat. Rom. c 34.

5. L 2. §.16. D. de O. J. Liv. l.1. Halicarn. lib.5. antiqvit. Rom. c.2.

6. L.9. D. ad L. Rohdiam.

7. L.2. C. de libertis & eorum liberis. verb. ditionem mittantur.

8. Proœm. J. §.1.

9. L.18. D. h. Zoes. in Comm. hic. n.2.

10. Baro 1. var. qvæst. p.m.20.

11. Suth. de Jdict. θ.109. Scip. Gentil. de Jdict. p.m.6.7.

12. Obr. de Jdict. lib.1. c.3. n.38.

13. L.5. §.1. in fin. D. de off. ejus

14 L.5. pr. vers. prætoris. D. de V. O.

potissimum autem de Jdictione applicativa, von der Gerichtsbarkeit und Rechtsprechen. (1) Propriè significat id qvod qvisqve Magistratus jure potestatis exercet. Jure Romano opponitur mero imperio; (2) Usu verò & moribus nostris Jurisdictionem etiam criminalem includit. (3) Alias acceptiones de veteri Jure Saxonico congessit Paurm. qvem vide. (4)

IV. Definitur ab Ulpiano Jdictio, qvod sit Judicis dandi licentia. Τὸ γὰρ διδόναι δικαστὴν δικαιοδοσίας ἐστιν· ut Harmenopulus scribit. (5) Verùm qvia hæc definitio concisa nimis, & ad rem minus apta, ut ut excusari (6) & tolerari (7) cum qvibusdam possit, pleniorem qværimus. Qvæ fortassis ad hunc modum formari potest: Definitio.

Jurisdictio est potestas de civilibus & privatis causis cognoscendi jure magistratus. Vocabulum potestatis variè sumitur à JCto Paullo. (8) Hic generalitèr usurpatur pro Jure, qvod sæpissimè idem est ac copia, facultas. (9) Estqve nobis proximum & verum genus potestas, qvam Magistratus habet, & cui nomen Jdictionis applicatum est. (10) Dicimus qvod sit potestas cognoscendi, qvia cognitio ea causarum notio est, qvæ jure magistratus, vi Jurisd. exercetur. (11) Et qvamvis ille, qvi Jdictionem habet, etiam notione non careat, inversâ tamen totâ non

1. t.t. D. de eo cui mand. Gregor. Biccius in aureis. Sect. 5. n. 38.
2. Dn. Hahnius ad W. p. m. 155.
3. Magnif. Dn. Carpz. in pr. cr. p. 3 qvæst. 109. n. 15. vid. Matth. Stephani de Jdict. lib. 1. c. 1. n. 12. 13. & seqq.
4. Paurm. de Jdict. l. 1. c. 1. n. 16.
5. Harmenop. lib. 1. tit. 4.
6. Exc. Dn. Suevius præceptor meus venerandus Thesium Treuterian. disp. 3. θ. 4. adject. n. 1.
7. Guilielmus Marannus in Paratitl. ad Dig. hic. p. m. 172.
8. L. 215. D. de V. S.
9. Dn. Caspar Manzius. in ratione regulari ad §. 8. pr. J. de Action. n. 5. P. Ostermann. in Coll. Jur. Colon. v. 1. d. 3. θ. 2. diss. J. Meier in Coll. Jur. Argent. l. 2. Tit. 1. θ. 5.
10. Paurm. de Jdict. l. 1. c. 7. n. 1.
11. Calvinus in lexic. sub rubr. Notio.

dico, qvi notionem habet, habet qvoq; Jdictionem seu cognitionem Judices namq; tantùm judicabant sine imperio & Jdictione; (1) Magistratus autem, qvi cognitionem habebant, habebant etiam notionem, sive potuerant partes examinare, litemq; audire & finire, qvod tamen non facilè fecerunt, qvia lites erant crebræ & sæpè leviusculæ. (2) Propterea tantum cognoverunt, seu pro tribunali judicium dederunt. (3) Retinemus ergò cognitionem loco notionis, si sc. notio in specie sic dicta, & qvatenus nil ampliùs adsumat accipiatur. Nisi cum Biccio (4) qvis vocem generalissimè sumere & cum eodem distingvere velit, inter notionem Juris, qvam Magistratus exercuit & facti, qvæ Judicibns commissa fuit. (5)

Causarum civilium & privatarum hic tantum fit mentio, ut excludamus tam criminales, qvam eas qvæ Regalia vocantur. (6)

Et ita vocem Jdict. apud veteres sumptam fuisse ex eo explendescit, dum Jdictionem semper opposuerunt qvæstioni (7) Detractâ namq; post Reges ejectos potestate in caput civis animadvertendi, qvæstionem populus ab initio sibi reservavit, (8) qvæ ipsa qvæstio versabatur circa crimina punienda ea, qvæ publico nocerent, qvæ verò ad sopiendas civium controversias spectabant, Jurisdictionem vocabant, qvæ Magistratibus eo ipso obveniebat, qvô ad officium eligebantur. Sic etiamsi totum Jurisdicundi officium ad Legatum Proconsulis transierit (9) eum tamen mer. imp. accepisse non est verisimile. (10) Ex variis. (11) autem hoc maximè movet, qvod nim. Jdict tantùm causas civi-

1. *L.99. D. de V.S. l.5. D. de Re-jud. l.5. pr. D. de var. & extraord. cogn.*

2. *Svet. in Claud.*

3. *Goedd. ad l.99. D. de V.S. n.1.*

4. *Greg. Biccius in aureis Sect.5 9.40.*

5. *L.2. C de ped. Jud.*

6. *vid. Joach. Hopperus de Vera Jurispr. lib.8. tit.4.*

7. *Cic. in Orat. pro L. Murana. it.3. & 4. in Verr.*

8. *L.2. §.16 & 23. D. de O. J.*

9. *L.1. §.4. D. de susp. Tut. L.11. D. de Off. Procons.*

10. *d. L.11 D. de Off. Proconf.*

11. *arg. §.1. J. de Obl. §.3. J. de Act.*

civiles tractet sive qvod rerum criminalium Jurisdictio non detur, dum nulla publici Judicii coercitio est Jdictio si principia Justinianéa salva esse velimus. (1)

Finitur definitio nostra verbis: JURE MAGISTRATUS, sc. competens. Et qvidé in Comitiis Centuriatis, ad distinctionem earum causarum, qvæ speciali concessione, Magistratibus antea factis, veluti, novū qvoddam, puta, merum Imperium, Tutelæ datio &c. in comitiis curiatis dabantur. (2) sivè qvatenus qvis est Magistratus. Qvod verbum qvatenus indicat mihi causam cur prædicatum subjecto insit, & reduplicativè idem ferè est, qvod formalitèr (3) Ex qvo dicimus: qvod Jdictio insit magistratui formaliter, qvia est Magistratus; Fundamentalitèr autem radicaliter & virtualitèr Majestati. Qvæ vocabula significant ipsam causam, radicem s. fontem alicujus potentiæ, seu actum primum. (4)

V. Et cum nomen Jdictionis criminalis uti sub Homonym. dictum, juri civili incognitum sit, non alitèr nisi ἐν πλάτει Jdictionis tres species facimus: Merum, Mixtum imperium & Jurisdictionem. (5) Divisio

VI. Merum Imp. est habere gladii potestatem, hoc est; qvamlibet aliam graviorem coercitionem,(6) ad animadvertendum in facinorosos homines eosq; superstites. (7) Merum Imperiū

In

1. l.1.pr.& §.1. D.de off.ejus Biccius in aureis Sect.5. n.43. Tit.9.

2. arg pr. J.de Attil.Tutor. Obr. de Jdict. lib.1. c.9. n.31.ad 40. Dn. Frantzk. h.n.24.

3. Cl. Dn. Schertzer in manual. Philos.p.m.377.

4: Idem. p.331.

5. L.3. D.h. vid. Everhard. in loc.top. à rubr.p2.n.51.

6. arg. v.4. Epist. ad Rom.13. l.70.D.de Reg. Jur. Edict.Justin. 8.c.2, de Pont. Tr.Vic. Guilielmus Maranus. in Parat. h.p.m. 175.

7. l.ult. C.Si.reus vel accusat. mort. Plin.lib.36. Hist. natur. c.15. De cadaveribus ad anatomiam concessis vid. Joh. Jac. Wissenbach.disp.ad Dig.3.Θ.12.

(In extinctos enim non tam pœna qvam exemplum statuitur.
Diciturq; merum, non qvod nihil cum cognitione de criminibus commune habeat, l.6.§.sed & caput. verbis: interrogent eos. D. de custodia & exhib. reorum, sed qvod ei non insit Jurisdictio (1) Pertinet namq; mer. imp. ut brevius dicam, ad totum processum criminalem. (2) Et sub potestate gladii continetur etiam cognoscendi (3) Est autem hoc Imp. merum vel plenum vel semiplenum. Illud competit secundum omnes gradus, hoc secundum qvosdam tantum. Qvorum compendiosè sunt tres. Primus est qvo mors naturalis, secundus qvo civilis aut naturali proxima irrogatur. (4) Tertius in se continet pœnas leviores, qvæ nec civitatem nec libertatem cuidam adimunt (5)

Competiit hoc imperium antiqvitus, non qvidem jure proprio, sed alieno s. nudo exercitio Magistratib. sublimibus ex concessione Majestatis. (6) Hodiè verò & à tempore Caroli M. Principes Germaniæ regalia habent vi superioritatis territorialis, Krafft der hohen Landes Fürstlichen Obrigkeit, & sic jure proprio. (7) seu potiùs regalium communicatorum. Ex qvibus infero, qvod mer. imp. nec Jure Civili mandari possit, qvia non competit Jure Magistratus. (8) Nec canonico (9) nec jure hodierno. Si enim qvis mer. imp. habet Jure territoriali, tunc habet illud Jure Majestatis communicatæ, si verò à Principe

---

1. arg. §.1. I. de divis stip. l.31. D. depositi l.98. §.6. D. de solut. Dn. Hahn. h.n.6. vid. Job. Hopper. de vera Jurispr. lib.9. tit.7. Jovean. de Idict. lib.2. n.10. Pac. in Isag. ad Dig. h. n.3.

2. arg. l.15. §.28. D. de Injur. L.1. §.8. C. ad S. C. Turpil. P. Osterm. in C. J. C. vol.1. D.3. Θ.15.

3. L.6. D. de Off. proc. Dn. Frantzk. in Comm. ad Dig. hîc. n. 54.

4. l.8. l.17. D. de pœnis L.3. C. de Serv. fugit. Scip. Gent. lib.3. c. 8. de Jdict.

5. l.7. D. de pœn. Gentil. d. l. c. 9. Dn Hahn. ad W. h. n.6.

6. supra sub Origine Θ 1. Cabot. 2. Disp. 4.

7. vid. de hoc controversiam inter Azon. & Lothar. apud Sutb. Θ.401. Braatl. in Epit. Jur. publ. tit.3. c.5.

8. l.1. D. de O. ejus. l.70. D. de reg. Jur. ibiq. Christoph. Güntzel. reg. 77.

9. ex d. l.1. d. off. ejus. c.2. de off. vicar. in 6to. cap.3. X. de off. Jud. del. c. ult. ne clerici vel mon. secul. se immisc. in 6to.

cipe, tunc non vi magiſtratus aut omnimodæ Jdictionis venit, ſed à lege viva, & ex litteris inveſtiturarum, à fonte Principis conceſſarum exſurgit, qvantum ibiqve conceſſum, tantùm exercendum. (1) Qvando autem Principes ſuis officialibus excutionem publici Judicii committunt, cave dixeris eos imp. mer. mandare, cùm potiùs nominatim hoc illis tribuant. (2) vel dici poſſit phraſin mandare Jurisd. hìc non per totum jus mandantis, ſed vices ſaltem ejusdem explicandam eſſe, qvo nomine prior dicitur der Gerichts Herr / poſterior ſaltem, miniſter & locum tenens. (3)

Mixtum Imperiũ

VII. Mixtum imperium eſt poteſtas modicè coercendi, cui etiam Jdictio ineſt.

(4) Munus hujus imperii eſt defendere Jdictionem, & præſtò ipſi adeſſe, qvotiens opus eſt. Unde potiſſimum in mulcta, pignore, arreſtatione & aliis verſatur (5) ut mixtum imp. ne intelligatur qvidem, ubi non adſit coercitio. (6) Competit autem jure magiſtratus, diſtinctione intra officium Judicis nobile & mercenarium poſthabitâ. Nec datur Magiſtratus, qvi non aliqvam habeat vim coercitivam. Propterea gradus mixti Imp. docendi cauſa hìc ſtatuimus, uti hoc de magiſtratibus municipalibus patet, qvos etiamſi nec mulctam indicere (7) nec Jdictionem ſuam pœnali judicio defendere (8) potuiſſe verius eſt, tamen eosdem alias coercitionis particulas habuiſſe, omninò conſtat, puta, in cauſa damni infecti jubere cavere (9) pignora capere, eaq; ad rem judicatam defendendam diſtrahere. (10) Dicitur porrò Jdictio mixto ineſſe imperio, ex qvo non ſeqvitur,

 qvod

---

1. *Zaſ. ad l.3. h.n.23. Magnif. Dn. Qvirin. Schacherus præceptor meus dexterrimus in ſupplementis ad Treutl. h. ϑ.6. Lit. E.*

2. *Sutb. ϑ.406.*

3. *Idem Magn. Dn. Schacher. ibid. tit. F.*

4. *L.3. h. L.5. D. de O. ejus. Treutl. h. ϑ.3. Lit. B.*

5. *L.9. §. ult. D. ad L. Jul. pecul. Suth. ϑ.223.*

6. *d. L.5. Suth. ϑ.240. vid. Dn. Hahn. ad W. h. n.6 p.161. in fine.*

7. *L.5. C. de Defenſ. civ.*

8. *L.1. pr. D. ſi qvis jus. dict.*

9. *L.1. D. de damn. inf.*

10. *L.3. §.1. D. de reb. eor. qvi ſub tutel. L.29. §. pen. D. ad L. Aqvil.*

qvod ſint unum & idem, (.cùm Jdictio conſiſtat in cognoſcendo & ſtatuendo, mixtum v. imp. in exeqvendo & coercendo.) & qvod Jdictioni competat, ſtatim adſcribendum ſit imperio, qvemadmodum hoc licentia dandi Judicis monſtrat. Hinc qvamvis inter ſe cohæreant, & in uno ſubjecto verſentur, utrumq; tamen conſiderari poteſt absq; alterius confuſione; (1) ratione ſcilicet diverſorum actuum. (2)

Jurisdictio ſimplex

VIII. Ex his elicitur **Jurisdictio ſimplex qvæ non in coercendo ſed in jure reddendo conſiſtit,** & ad qvam mixt. imp. per accidens tantùm accedit; non esſentialiter cohæret, ſi condemnatus forſan non obediat (3) tunc enim qvieſcens illud imperium reviviſcit & Jurisdictionem ſibi adjunctam defendit ipſo actu. Referuntur ad hanc Judicis dandi licentia. (4) datio qvædam bon. posſ. (5) misſio qvædam in bon. poſſ (6) ut & actus vol. Jdictionis. (7)

Jdictio Voluntaria.

IX. Simplex Jdictio dividitur rurſus involuntariam & contentioſam. **Voluntaria eſt,** qvæ in volentes exercetur, & coram qvocunq; Judice, omniq; die (8) explicari poteſt, absq; ordinaria cognitione cauſæ (9) ſolennitatis tantùm & authoritatis gratiâ. (10) Dicitur Voluntaria, qvia partes conſentiunt, & confirmatio Magiſtratus iis actibus adhibetur, qvi regulariter imperari non posſunt, qviq; non reqvirunt ut Magiſtratus ſedeat pro tribunali (11) qvia nulla hic contradictio ſubeſt,

1. Guilielm. Maranus in Parat. h. p. m. 127 in fin.

2. Exc. Dn. Suevius Theſium Treutlerian. Diſp. 3 Th. 3. adjectan. 4.

3. Heinr. à Sverin repet. lectiõn. jur. c. 6. Arnold. Vinn. de Jdict. c. 7. § 4.

4 L. 3 h Bach. h. Diſp 3 th. 4 pr.

5. L. ult. C. de Edict. Div. Hadr. toll.

6. L. 1. § 2. & tt. D. de Ventr. in poſſ. mitt. Dn. Hahn. hîc p. 161. 162. 163.

7. arg. L. 2. § 1. & L. 3. D. de Off. Proc.

8. arg. § 2. I. de Libertin. Maranta. p. 4. diſt. 18.

9 Bald in l. 3. D. de Adopt.

10. Dn. Frantzk. in Com hîc n 7.

11 d L. 2. D. de O. Proc. & § 2. J. de Libert.

ſubeſt, ergò nec accurata cauſæ cognitio à Magiſtratu reqviritur, cùm partes ob conſenſum mutuum defraudari non videantur. Pertinent huc actiones legis, non qvidem omnes, qvæ olim erant formulæ ſolemnes, ſecundùm qvas judiciariè agendum erat, (1) ſed hæ tantùm qvæ poſteá Jdictioni voluntariæ propriè tributæ ſunt, (2) puta, adoptio, manumisſio vindictá, & Emancipatio (3) qvas tamen rectiùs forsàn mixtas dixeris, de qvibus Sutholt. vid. (4) Referuntur qvoq; ad hanc Jdictionem inſinuatio donationis, teſtamenti factio apud acta (5) ejusdemq; inſinuatio, etiamſi facta ſit Judici extraneo, cui in Teſtatoris domicilio nulla competit Jdictio (6) donatio itidem mortis cauſá in judicio facta & inſinuatio donationis inter vivos, ex perpetuâ hâc regula: qvia in his neq; plenaria cauſæ cognitio, neq; Judex competens reqviritur. (7) De unione prolium res adeò expedita non eſt, tùm qvod exactisſima cauſæ cognitio reqviratur (8) tùm qvod corâm Judice & Magiſtratu competente fieri debeat; (9) attamen qvia unio hæc, ſive affiliatio naturam adoptionis ſapit; (10) proximius ad Jdictionem voluntariam accedere in dubio putamus. (11)

X. Contentioſa Jdictio eſt, qvæ exercetur inter invitos in Judicio contendentes (12) coram Judice compe- Contentioſa.

 ten-

1. *L. 2. §. 6. D. de O. J. Sigon. de Jud. Rom. c. 9. Godofr. in not. ad l. 4. D. de Adopt. lit. mihi D.*

2. *L 2. D. de O. Proconſ. L. 4. D. & L 1. C. de Adopt. L. 1. D. de Offic. Iurid. N. 71.*

3. *dd. LL & L. 1. L. ult. C. de emanc. lib. L. ult. C. de vind. libert.*

4. *Suth. 9. 172. per allegata ibid.*

5. *Dn. Manzius in ratione regulari ad tit. J. de Libertin. §. 2. n. 4.*

6. *L 36. §. 1. D. de Adopt. l. 15. §. ult. D. de man. vind. Magnif. Dn. Carpz. in Procesſ. Tit. 1. art. 2 n. 49. & 53.*

7. *Idem tit. 2. n 34. ad 40.*

8. *Idem. 5. Reſp. 6. n. 20.*

9. *Idem ibid. n. 15.*

10. *Gail. obſ. 125. n. 6. Jaqob. Rick ab Arweil. de unione Prol. c. 6. n. 1.*

11. *Magn. Dn. Carpz. d. l. in Procesſ. novisſ. art. 1. lib. 1. tit. 2. n. 38. 39.*

12. *arg. L. 2. D. de off. Proc.*

tente, prævià cognitione causæ ordinarià. (1) Nomen accepit à mutuâ partium contradictione & efflagitatione, ut alter alteri aliqvid det, vel faciat vel præstet, ut Judex hunc vel illum Dominum hujus rei declaret. Usus hujus distinctionis in eo consistit, qvod nimirum contentiosa Jdictio non possit nisi in territorio Jus dicentis exerceri, (2) Voluntaria verò etiam in alieno. (3) Accensetur hodie Contentiosæ insinuatio ac confirmatio hypothecæ, qvia vel maximè accurata causæ cognitio reqviritur, ne creditor una eademq; re pluribus obligata defraudetur. (4) Qvæ ratio facit ut credatur Magistratum, qvi ipse debitor est in bonis immobilibus, qvæ sub ejus Jdictione dic sita sunt, Creditori suo sine consensu superioris, vel Notarii jurati, Sculteti & Scabinorum suorum paganorum adhibitione, hypothecam validè & rectè constituere non posse. (5) Similitèr ad hanc Jdictionis partem apud nos refertur datio Tutoris & Curatoris, (6) qvia coram nemine nisi Judice competente cui pupillus, mulier, minor subsunt, potest exerceri. Magistratus enim boni est vigilare, ut idoneas personas hisce constituat, ne ipse conveniatur. (7) Verbo: omnis causa, qvæ in processu Ordinario ventilatur est Jurisdictionis contentiosæ.

Ordinaria XI. Altera Jdictionis divisio est in Ordinariam delegatam & prorogatam. Ordinaria est, qvam qvis jure proprio & Magistratus habet. (8) Hinc magis legaliter qvibusdam appellatur propria. (9) Et datur vel à Principe, (10) vel alio, pro diversa Reipl. forma, penes qvem est summum Jus. Qvi enim à Principe Jdictionem habet, ille jure suo, h.e. proprio habet,

1. *Dn. Carpz. in Proc. Iur. Tit. 2 art. 1. n. 32.*

2. *L. fin. h. t. vid. ad longum Anton. Mornacius in Observat. D. h. t.*

3. *d. d. LL.*

4. *Magnif. Dn. Carpz. 4. Resp. 31. & in defin. C. 23. def. 6. Berlich. Decis. 187. Nov. Aug. 23. §.* und dieses *p. 2.*

5. *Idem d. l. n. 19.*

6. *Moll. p. 2. C. 15. n. 10.*

7. *t. t. D. de Mag. conv. Dn. Carpz. in Processu noviss. Tit. 2. art. 1.*

8. *L. 5. D. h. L. 1. & 4. D. de Off. ejus.*

9. *Magnif. Dn. Schach. in. disp. de Jdict. Th. 2. Lit. C.*

10. *L. 6. pr. D. h.*

bet, sive illi, non qvidem titulo pleni dominii aut juris realis, (1) sed ratione officii intrinsecùs & non aliundè competit. (2). Qvi verò ab eo cui Princeps concessit, Jdictionem in casu speciali demandatam accipit, is demùm dicitur beneficio alieno habere, & non potest alteri eandem mandare. (3) Competit a. Magistratibus tùm Ordinariis, tùm extraordinariis, (4) impropriè sic dictis, (5)

XII. Delegata est, qvam qvis ex mandato ordinarii Magistratus sive beneficio mandantis habet, (6) Qvæ manavit ex tacita populi permissione. Ab initio enim ad id Magistratus creati erant, ut ipsi Jus redderent. Posteà autem factum est, ut Prætores non nisi extra ordinem jus dicerent, & ex consvetudine potissimùm Jdictionem suam alii mandarent. Illudq; more majorum, (7) non à Lege ipsa immediatè, sed à Legis confirmatione (8) cujus beneficio Mandatarius seu Delegatus, (. nam & qvi mandatam habet Jdictionem dicitur delegatus.) (9) non tam Jdictionem propriè dictam, qvam usuram & exercitium tantùm ejusdem habet, (10) & ideò nil proprium habere dicitur (11) ab eo in qvo tanqvã Magistratu Jdictio habitat. Nisi qvis tamen à Principe constitutus sit, ut vicem ipsius gereret, hic enim Jdictione proprio Jure utitur. (12) Personæ qvibus jurisdictio mandatur sunt non tàm Magistratus sed & privatus qvoq;, cui tamen non facilè committitur ob authoritatem sc. Judiciorum. (13) Et magistratui qvidem tam majori qvam pari mandatur, volenti sc. ita qvoq; non invito privato, nisi subsit

Delegata.

 Jdi-

1. L.31. D. de A.R. D.L.3. §.2. D. de Usufr.
2. Dn. Frantzk. in Com h.n.32.
3. L.5. & 6. D. h.t.
4. Paurm. de Jdict. lib.1. c.10. n.3.
5. L.2. §.33. D. de O.J.
6. L 5.6. h.t.
7. L.1. §.1. D. de O. ejus.
8. L.6. h.t.
9. L.1. D. de damn. inf. l.1. D. de Off. ejus.
10. L.13. D. de O. Proconf. l.1. & 3. D. de O. ejus. & l.16. h.t.
11. d.L.1. §.1. D. de O. ejus.
12. Suth. θ.349.
13. cap. statutum. X. de rescr. in 6to.

Jdictioni Magistratus delegantis. (1) Generaliter illi omni pt. mandari, qvi Judex esse potest (2)

Causæ qvæ mandari possunt, sunt omnes ferè (3) illæ, qvæ Jure Magistratus competunt, ut sunt Jdictio & mixtum Imp, (4) item cognitio de removendis suspectis Tutoribus. (5) tùm qvia competit Jure Magistratus, (6) tùm qvia ab favorem pupillorum introductum est. (7) Et cui ita Jdictio mandata est is non tantùm Judicem dare (8) sed & sententiam suam exeqvi potest, qvia imperium in mandatarium transit, (9) in qvibus & aliis multis is qvi mandatam Jdictionem accipit differt à Judice dato (10)

Hodiè cum Judicibus Delegatis comparantur Commissarii. Qvi non tantùm Jdictionem simplicem, sed ea qvoq; omnia habere censentur, sine qvibus Jdictio explicari non potest (11) non tamen principalitèr sed consecutivè: (12) In hâc tamen disceptatione tutior via erit, qvâ secundum ductum formæ commissionis ambulatur. In qvâ si fortè hæc verba inserta essent: bey ziemlicher Straffe dahinn zuhalten/qvis mixtum imp. eos habere ambiget? Qvare tenor Commissionis enucleatius est considerandus, cùm sit stricti juris, (13) aliàs Commissario potest resisti. (14)

Proro-

1. *arg. §.4. I. de Attil. Tut. l. 1. §. 2. in fin. D. de Tutor. & Curat. Matth. Steph. de Jdict. lib. 1. c. 17. n. 8.*

2. *Idem n. 14.*

3. *vid. Suth. θ. 353.*

4. *L. 1. de O. ejus. l. 1. §. 1. in fin. l. 4. l. ult. D. de O. ejus. Fachin. 9. Controv. 98.*

5. *L. 1. §. 3. & 4. D. de susp. Tut. l. 4. pr. D. de O. ejus.*

6. *d. L. 1. §. 3. & 4. D. de susp. Tut.*

7. *Fach. 9. Controv. 97.*

8. *L. 12. §. 1. vers. lege D. de Judiciis Donell. 17. Com. 23.*

9. *L. 1. §. 1. in fin D. de O. ejus L. ult. eod. Thom. Mich. de Jdict. θ. 140. & 141.*

10. *Idem θ. 140. Lit. E. & K. Stephani. lib. 1. c. 16. n. 18. & seqq.*

11. *Rutg. Rul. p. 1. lib. 3. c. 8. Gail. 1. obs. 34. n. 9. per l. 2. h. t.*

12. *Thom. Mich. de Jdict. θ. 142. lit. H.*

13. *c. super eo 15. X. d. O. & pot. Jud. del.*

14. *Marant. Disp. 1. n. 33.*

XIII. Prorogata est, qvæ consensu litigantium ab eo exercetur, cui aliàs litigantes subjecti non sunt. (1) Causa efficiens remotior est Legis permissio (2) Proximior est consensus privatorum, unius potestati subditorum. (3) Subjectum seu persona cujus Iurisdictio prorogatur, est illa, qvæ Idictionem non restrictam, sed universalemm ht. (4) Porrogari autem potest tam propria, qvæ regulariter prorogabilis est, (5) qvàm delegata, modò Universalis Mandatario sit commissa, (6) aut Delegatus sit ipsius Principis. (7) Item merum qvoq; Imperium prorogari potest, non aliter tamen, qvam per modum de persona ad personam, eamq; habilem. (8) non ad speciem diversam. (9) Insuper ut prorogatio in criminalibus valeat, necesse est fiat in præjudicium prorogantis, non verò ratione inter esse publici, qvia de Republ. pacisci non licet. (10) Datur & alius modus, qvi fit de causa ad causam, (11) ubi attendendum, ut causæ conveniant in communi forma, qvalitate & nomine. (12) Reliqvi de Tempore ad tempus, de loco ad locum rationi Ju- | Porrogata.

ris

1. L 18. D. h. l.1. C. eod. Dn. Frantzk. h. n.42.

2. L.3.C. l.14. D.h.t.L.5.D.de precario

3. c. si diligenti.12. & c. significasti 18. de for. comp. Bachov. in Comm. D. h. c. de Jdict. prurog. n.1.

4. L.3.C.h. Suth.9.376.

5. Schrad. de Feud. p.10. sect.3. n. 96.

6. L.16. D.h. arg. l.1. D.h.l.1. D.de Jud. c. cum olim abbas 32. X.de O.& pot. Jud. del. Exc.Dn. Svevus Thesium Treutl. Disp.3. θ.7. adject. n.7.

7. Vult. in Com. ad Tit. Cod. de Jdict. l.1.n.82. Gilhaus. in arb. Judic. c.1.p.1.n.71. §.7. de Judice delegato.

8. L.1.& 2.D.de Jud. l.14.15. 18.D. & l.1. C.h.

9. Panorm. in d. cap. si diligenti. X.de for.comp.

10. L.7. §.14. in fin. D.de Pact. Gail. lib.1. de P P. c.12. n.10. ad. 16. Berlich.p.1. Conclus.5.

11. L.74. §.1. D.de Jud. l.28.D. ad Munic.

12. Vult. ad L.1. C.h. n. 107. Paurm.lib.1.c.25.n.39. Donell.17. Com 20. l.61. §.1.D.de Jud. l.1. C. ubi causa Fiscal. d. cap. si diligenti X.de f.o2. comp.

ris civilis non conveniunt, (1) Temperamenta tamen & limitationes vide apud Dd. (2)

Modus prorogandi consistit in aditione magistratus non erronea, sed spontanea, (3) qvæ vel expressa, conventione scil. non nudâ, sed aditione Judicis per libelli oblationem aut satisdationem firmatâ, vel tacita, eaq; rursus vel facto hominis vel authoritate legis. Facto hominis; si Reus exceptionem fori non opponit, & eâ omissâ litem præterea contestatur. (4) Authoritate Legis v. per Reconventionem, (5) cujus vi Actor repugnare non pt. qvo minus Reconventionem Rei ferat, & eundem Judicem, tametsi non suum, adversus se habere cogatur qvem pro se antea probaverat. (6)

Hodiè prorogatio consensu litigantium invito & inscio Judice competente non subsistit, cum Jdictiones hodiè sint patrimoniales, (7) & pleriq; status privilegiis exemptionum gaudeant, ut nemo eorum subditos corâm alio tribunali in jus vocare possit. Idq; potissimùm ob interesse evidens, ne subditi proprii ab alio judicentur, & sic eo ipso qvis suam Jdictionem amittat. (8) Idem notant Dd. in Vasallo, qvi in Judicem non suum invito Domino Jurisdictionem prorogare non potest. Uti ex Baldo & Caccialup. hoc probat Gilhausen. (9) Secus si litigatores & Vasallus fecerint, tamen ex tali consensu alterius Idictio in præjudicium veri domini non prorogatur, sed mediis avocationis & appellationis competens Judex munitus est. (10)

Mori-

1. Suth. 9.374 & seqq.
2. Obr. lib.4. c.14. n.29. ad 35. Maranta p.4. dist.12. n.3. Paurm. lib.1. c.25. n.41.
3. L.17. D.h. L.9. C. de J. & F. ignor.
4. L.4. C h.t.
5. L.22. D. de Jud. L.14. C. de sent. & interl. Dn. Frantzk. in Com. h. n.42. ad 50.
6. L.11. §.1. h.t. L.1. §.ult. D. qvæ sent. sin. app. rescind.
7. Paurm. lib.1. c.25 n.40.
8. Gail. 1. observ. 40. n.2. ad 7.
9. Gilhausen in arb. Judic. c.1. p.1. §.7. n.76.
10. Gail. d.l. n.5. vid de hâc mater. Obrecht. lib 3. de Jdict. c.10. n.12.13.

XIV. Moribus Saxonicis dividitur Jdictio in Altam & Bassam. Alta s. suprema & sublimis continet tam mer. qvam mixt. Imp. Bassa verò non tantùm ea qvæ simplicis sunt Jdictionis complectitur, sed etiam qvædam ex iis qvæ mixti sunt Imperii. (1) Ad superiorem secundum Colerum. (2) pertinet omnis maleficiorum cognitio & punitio, ad causas usq; vulnerum inclusivè. Ad inferiorem spectant omnium causarum civilium dijudicationes, & casus, qvi jus mulctandi aut modicam coercitionē reqvirunt, vel qvatuor sexagenarum aut aliqvot septimanarum carcerem secum ferunt. (3) Cæterùm qvid singulatim & Altæ & Bassæ conveniat, expressè patet apud nos ex Constit Provinciali, Anno 1543. promulgata & Anno 1555. repetita sub Tit: was zu Ober / nieder oder Erbgericht gehöret. Qvæ qvidem Constitutio non omnes & singulos casus refert, (4) Principaliores tamen & ut plurimùm occurrentes. Divisio Jdict. de J. Saxonico.

Reliqvas causas Scabini Lipsienses expresserunt Responso qvodam luculentissimo, qvod ad hanc dijudicationem multum facit, & videre est apud mox laudatum Dn. Carpz. (5) Optima tamen & tutissima decisio potest ac debet ante omnia ex conventione atq; uniuscujusq; loci consvetudine recepta hauriri, ad qvam omnino recurrendum & videndum, qvo jure utantur Municipes. (6)

XV. Causa efficiens est vel Lex vel Princeps, Investitura fidem & præscriptio. A Lege, vel potius qvi eam tulit (7) Causa Efficiens. Lex

C Jdictio

1. *Dan. Moll.4. semestr.45. Webnerus in Pract. Obs. sub vocab.* Gericht. & Zent.

2. *Math. Coler. de Proc. Execut. p.2. c.1. n.146.*

3. *Magn. Dn. Carpz. pr. cr. p.3. qvæst.109. n.24.*

4. *arg. dict Ord. Prov. in verb:* Alle solche und dergleichen.

5. *in Pr. Cr. p.3 qvæst.109. n.31.*

6. *Greg. Tholosanus lib.32. Syntagm. Jur. un. c.10. Vid. hic verba Responsi Scab. Lips. ultima.* und ist schließlich *apud Dn. Carpz. d. l. n.36.*

7. *Bach. ad W. b. n.9. Lit. M.*

Jdictio ab initio toties obveniebat, qvotiens in Comitiis creabatur Magistratus. Qvod deinde mutatâ Reipubl. formâ in populo cessavit, & ad curam ipsius Principis transiit, à qvo tanqvam perenni fonte Jdictio in Magistratus effectivè manat. (1)

Princeps.

Princeps autem vel in genere dat Jdictionem Jure Magistratus, eo ipso, qvô Magistratus creat, (2) vel specialiter, mer. sc. imp. certo Magistratui nominatim. Cujus specialis concessionis, non autem Magistratus vi, hoc imp. defertur ad successores, absq; nova concessione. (3) Hodiè non tantum summus Princeps sed & inferiores, Comites & alii status, tam mer. imp. qvam Jdictionem in feudum concedere solent & possunt, qvia Jdictionem habent perpetuam, propriam & transmissibilem. (4) Eamq; vel cum territorio vel sine eo. Et cum territorio iterum vel exprexsè vel tacitè. (5)

Investitura.

XVI. Expressè si in litteris investituræ, qvæ ratione dominii fiunt, vel Jdictionis vel Imperii perspicuis verbis sit mentio. Tacitè, si castrum, oppidum vel dignitas qvædam, absq; ulla Jdictionis vel Imperii mentione alicui conceditur. Priori modo tenor investituræ seu infeudationis enucleatiùs est expendendus, tantùm enim concessum videtur, qvantum in eo expressum. (6)

Hinc qvando qværitur, an concessâ Jdictione simpliciter vel omnimodâ merum qvoq; Imper. datum intelligatur, dico qvod non, tùm ob ea, qvæ supra dixi, (7) tùm qvod in generali concessione non veniant ea qvæ specialem expressionem desiderant. Qvod si Vasallus titulo oneroso pagum aliqvem cum Jurisdictione acceperit, æqvius censet Obrechtus, (8) contra Dominum fieri interpretationem; sin titulo lucrativo; Domini explicatione opus esse. Qvamvis autem regularitèr & ex

1. vid. Dn. Hahn. h. p. 171. & Sueb. §. 187.
2. arg. L. 1. pr. D. de O. ejus vid. Matth. Stephan. lib. 1. cap. 38. n. 345.
3. Scip. Gent. lib. 2. c. 14.
4. Bocer. c. 8. n. 6. Bach. ad W. h. n. 9. lit. M.
5. Joh. Monach. c. 5. n. 3.
6. Matth. Steph. d. l.
7. Sub Homon. & divisione.
8. Obr. Disp. 7. §. 48.

ex mente Justinianea, omnimodâ Jdictione datâ, merum imp. non conferatur; (1) tamen qvoad usum & observantiam veterum Doctorum amplexanda sententia est. (2) Qvia apud nos per verba: Alles Gericht/ absq; dubio indigitatur das hohe und niedrige Gericht. (3) Qvod tamen nullo modo extendendum ad Regalia. (4) Solet hîc qvoq; disceptari, an Princeps subditis suis privativè an cumulativè Jdictionem concessisse videatur? ubi distingvo, Aut enim concessit alicui Jdictionem in Feudum, & tunc privativè â Principe data videtur; (5) aut sine feudali jure, & tunc cumulativè in dubio potiùs, qvam privativè concessa, & Domini authoritas illæsa reservata potius præsumitur. (6) Posteriori modò sive qvando Jdictionem & Imp. tacitè absq; ulla imperii vel Jdictionis mentione facta, concedi posse putant, (7) limitatione opus est.

Si sc. castro antea annexa fuerit Jdictio, vel Imp. aliàs secus sentiendum. (8) Fortior conjectura elicitur ex his verbis: cum juribus & pertinentiis, ex qvibus dicitur concessa Jdict. (9) Qvæ tamen verba simpliciter ita posita nil operari Dd. dicunt, nisi per alias probationes appareat, qvæ sint ista jura & pertinentiæ. (10) Sine territorio data intelligitur, qvando qvis dominium aut fructum alicujus loci simul qvoq; non accipit. Ejusmodi Academiarum Rectoribus competit. Qvamvis accuratè loqvendo hæc Jurisdictio iis non tam in Feudum, qvàm rectiùs in vim privilegii data censetur. (11)

1. *Idem* 9.58.

2. *Bocer. c.4. n.13. Scip. Gentil. lib.3. c.23.*

3. *Obr. d. Disp. 9. 62, 63. 64. Magnif. Dn. Carpz. in pr. Cr. p.3. qvæst.109. n.96.*

4. *Wes. Cons.45. & 27. Koppen. Decis.32. n.8.*

5. *2.F.23. vers. ult. 2.F 55. v.. illud qvoq; Schrad. de Feud. c.10. sect.1. n.125. Berlich. p.1. Concl.2. per tot.*

6. *cap. dudum. 14. v. nos igitur. de præbend. in 6to Mynf.6. Obs.99. Rosenth. p.1. c.5. Concl.50.*

7. *Mastrill. decis.114. n.33 ibiq; plures. Joh. Monach. c.3. n.6.*

8. *Scipio lib.3. c.23. Boe. c.8. n.16.*

9. *Garsias Mastrill. decis.114. n.31.*

10. *Anton. Qvetta Cons.95. n.7. (per doctrinam Br. Alexand. & Curt. Jun.) circa med.*

11. *Matth. Stephani d. l.1. c.38. n.4. Scipio d. l.*

Præſcriptio

XVII. De Præſcriptione nunc agendum eſt, an ſc. eâ poſſit Jdictio acqviri? qvod de Jure Romano nego, qvo Jdictio non fuit in patrimonio privato. (1) De jure hodierno ſi fiat cum titulo & b. f. eandem admittunt qvidam (2) Si qvis enim ſine titulo acqvirere velit, illum ad qvaſi ſeu vice titulum, immemoriale ſc. tempus confugere oportet. (3) Nos hîc diſtingvimus inter privatum & inter Magiſtratum. Privatus, ſive Jurisdictioni alicujus ſe ſubducere, ſive ex privato Magiſtratus fieri velit, præſcribere Jdictionem non poteſt (4) Magiſtratus autem eſt vel ſimplex vel perpetuus. Simplex itidem non poteſt niſi aut ratione officii ſi ſc. Præſes aut Præfectus longo tempore jure qvodam utantur, qvod jus ipſi Præfecturæ acqviſitum intelligitur; (5) aut ratione conſenſus ſuperioris. (6) Perpetuus autem qvi jus territorii habet, is demùm habile Jdictionis eſt ſubjectum. (7) Præſcribitur autem Jdictio unâ cum territorio decem vel viginti annis, ad inſtar omnis illius, qvod in fundo radicatum aut plantatum eſt, (8) uſu ſc. ab immobilibus ad res incorporales ducto. (9) Sine territorio 30. vel 40. annis, contra privatum ſcientem & patientem. Et cum Jdictio & ſervitutes ſint ſimilia & eadem ubivis ratio (10) ſeqvitur qvod Jdictio in foro Saxonico 30. annis, anno & die qvemadmodum ſervitutes indifferenter tam continuæ qvi diſcontinuæ, præſcribi poſ-

1. Bach. ad W. h n.9.

2. arg. L. fin. C. de præſc. long. temp. & arg. L.3. § 4. D. de aqva qvot. & æſtiv. Thomas Michael de Jdict. Conclus 63. Fachin. controv. lib.8. c.28. M. Stephani lib.1. c 38. n.33. Bocer. c.8 n.99.

3. Bach. ad Tr. h. θ. 7. lit. c. & ad W. d.l. Dn. Habn. ad W. n.9.

4. arg. L.3. ad L. Jul. Maj. in fin. Suth. θ. 410.

5. arg. L.8 C. de diverſ. offic. & appar. Jud. lib.12. Bach. ad W. h. n.9 Dn. Ludwell. in not. ad Weſ. ibidem.

6. Suth. θ 410.

7. Bach. ad Tr. h. θ.7. lit. C. Dn. Habn. ad W. h. n.9. verb. præſcriptione.

8. Steinhauſen in Com. ad D. h. n.11.

9. Thom. Mich. de Jdict. θ 63. lit. G. Goeden. Conſ.2. n.56.

10. Magnif. Dn. Carpz. 1. Reſponſ.78. n.3.

posuit. (1) Hisce v. tum Civilis tum Saxon. præscriptionum terminis, Regalium (. communicabilium sc. illæ enim qvæ de natura imperii sunt, præscribi non possunt. (2)) præscriptio contenta non est, sed immemoriale tempus reqviritur, etiam tunc, qvando contra eũ agitur qvi ex concessione Principis habere regalia dicit. (3) Qvod tempus immemoriale etiam reqviritur, si qvis jus venandi in alieno prædio firmiter prætendere velit. (4)

XIIX. Materia non sunt brutorum animantium facta & damna, (5) in qvibus ne fingi qvidem potest obligatio, aut juris sive observatio sive violatio, unde pœna seqvatur; sed cum è medio tollitur ejusmodi bestia, (6) forsan ob concubitum cum homine, tunc illud fit vel ratione offensionis, ne amplius spectata, alium qvemvis irritare, vel ratione ignominiæ, ne illa, qvoties bestia videtur, recrudescere possit. (7) Vel potiùs ratione usus dominii in brutum, qvam veræ pœnæ; (8) Neqve propriè loqvendo punitorum cadavera; (9) sed Materia in qva sunt Personæ & territorium. (10) Personis, puta Magistratibus inhæret Jdictio, formaliter; Territorio v. passivè & materialiter (11) Jure veteri, qvia nemo habebat Jdictionem, nisi jure Magistratus. Materia.

 Hodiè

1. Idem d.l. n.3. & Thom.Mich. d.l. in fine.

2. L. ult. C. de fund patrim. lib. 11. L.6. de præscr. 30. vel 40. Ann. cap. cum non liceat extra de præscript.

3. d.L.3. §.4. D. de aq. qvot. & æstiv. cap. super qvibusdam 26. § præterea. X. de V.S. Rec. Imp. de anno 1548. §. wenn auch *& §* wo aber innerhalb Menschen gedencken. *Bocer. de Regal n.45. & c. ult n.20. Molin. tom.7. de Just. & Jur. tract.2. Disp 74.*

4. argum. Ord. Prov. de anno 1555. daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen *per verb.* daß es anders hergebracht *Zobel. p 2 diff.2.n.10. Dn. Carpz.1. Resp.44.n.20. vid. & n.13. ibid.*

5. vide Tr.h.𝔇.5.

6. Const. Carol. art.116.

7. Lev.20.v.15.16. & c.18. v.23. Johan. Selden. de J.N. & G. juxta discipl. Hebræor. lib.1. c. 4 pm.54.

8. Hugo Grot. de J.P. & B. l.2. c.21.

9. Supra sub Mer. Imp.

10. Paurm lib.1. c.28. n.6. & 8.

11 Idem de l. n.7. Natta Cons. 149. Tom.1. n.19. Dn. Hahn. ad W. b. n.10.

Hodiè v. Jdictio inhærere solet vel personæ, ut Rectoribus Academ. vel Territorio, qvando simul cum re vel castro venit. Hinc divisio in realem & personalem. (1) Et rectè infertur: cujus est territorium, ejus & Jdictio est, tanqvam necessarium inhærens. (2) Materia circa qvam sunt personæ & res. Personæ rursus sunt, qvæ vel habent vel patiuntur Jdictionem. De prioribus notandum primò: Ne qvis sibi aut suis jus dicat, (3) Ne sc. Jus dicentis sententia, qvæ certæ formulæ non adstricta erat, suspecta esset. Huc pertinet qvæstio: an dominus à subdito suo offensus, super illa offensa cognoscere possit? qvod adfirmo (4) modò injuria sit notaria, & fiat Judici ut Judici, ratione officii non interesse proprii (5) & moribus nostris adhibeat Scabinos & Notarium juratum. Secundò: nec superiori nec pari, (6) nisi spontè se subjecerint. (7) Qvæ Exceptio tàm in vol, qvam content Jdict. locum habet. Nam etiamsi Magistratus actus vol. Jdict. apud seipsum exeqvi potest, (8) & in suâ potestate habet; (9) tamen non seqvitur si velit, qvod non possit apud collegam exercere. (10)

Similiter Magistratus alterius Magistratus subditum in alieno territorio citare potest, per litteras tamen mutui compassus, seu subsidiales; ad qvod etiam inferiores à superiori cogi possunt, si precibus alterius Judicis deferre recusant. (11) Remis-

1. Dn. Hahn. ad W. p. 169 & 173.

2. arg. L. 29. D. de A. R. D. l. 1. §. 4. verb. qvicqvid intra. D. de O. Præf. Urb. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. 59. Camill. Borell. cons. 3. n. 34. & Cons. 86. n. 11. Dn. Carpz. 3. Resp. 125. n. 5.

3. L. 10. D. h. vid. Anton. Mornacius in Observ. ad Dig. in L. in privatis 77. D. de Judiciis & in L. 78. eod. Nicol. Everh. Cons. 24. n. 61.

4. c. 24. Salernitanæ dist. 63. cap. 1. de pœn. in 6to.

5. arg. L. un. D. si qvis Jus dic. Gail. lib. 1 obs. 39. per tot.

6. L. 3. §. ult. in fin. & L. 4. D. de recept.

7. L. 14. D. h. & L. 13. §. 4. verb. præterea qvidem D. ad SC. Trebell.

8. L. 4. D. de Adopt. l. 2. D. de Off. præsid. l. 5. D. de man. vind.

9. L. 22. D. de Cond. Inst.

10. d. L. 14. Dn. Hahn. ad W. h. n. 9.

11. L. 2. C. de his qvi latr. occult. c. administratores. 23 q. 5. Gail. 2. de P. P. 17 n. 31. & 1. obs. 3. n. 6. item 1. obs. 115. n. 2. & obs. 119. n. 2. Magnif. Dn. Carpz. p. 1. c. 2. d. 28.

missio autem delinqventis ex loco deprehensionis ad locum delicti, hodiè necessaria non est, tùm ob mutatum Reipubl. statum, tùm ob regulam: qvod par in parem non habeat Imperium, qvod si tamen spontè, precariò ex urbanitate, & jure vicinitatis judici placuerit, alteri Judici reum remittere, potest hoc fieri uff einen Revers und gegenbekentnüß. (1) Si autem Processus pendeat, Reo sc. aufugiente ante sententiam, tunc omninò Reus remitti debet, ne Judicium reddatur elusorium. In nostra Saxonia notabilis est Constitutio Elect. Augusti, Anno 1555. sub Rubr. das mann die Ubelthäter/ so in den Aembtern verbrechen und entwerden/ wiederumb in die Ambte folgen lassen soll. Qvam ad nobiles aliosq; Judices, ob rationem dictam, non vult extensam Magnif. Dn. Carpzovius ob verba Constitutionis: so in unsern Aembtern oder Gerichten/ qvæ de ejusmodi præfectis loqvitur, qvi sunt locum tenentes principis. (2)

Posteriores personæ, sive qvibus jus dicitur, sunt vel cives vel peregrini, vel in urbe vel extra urbem, vel pedites vel eqvites, pro ratione variorum Magistratuum. (3)

Res deniq; circa qvas versatur Jdictio sunt omnes causæ, qvæ Magistratus expedire solet.

XIX. Forma Jdictionis exercendæ aut est solennis & pro tribunali; aut de plano, Judice stante pedibus in plana terra. Solennis rursus est vel ordinaria vel extraordinaria. Ordinaria, extremis saltem lineis èx jure veteri monstrata, ita se habebat: (4) Actor Reum in jus vocabat, aut humano aut violento modo, (5) prius tamen antestatus, h. e appellatis testibus, auriculâ, sede memoriæ testis attactâ. Reus tamen si

Forma exercendæ Idictionis

1. Treut. b.θ.8. Lit. F. in fin.
2. Dn. Carpz. in Pr. Cr. p. 3. q 110. n. 54. ad n. 62.
3. Obr. Tr. de Jdict. c. 11 n. 19.
4. vid. latiùs Obrechtus lib. 3. de Jdict. c. 23. n. 50. Idem in Exercitio Juridico habito Argentinæ inter disputationes pag. 743.
5. L. 1. D. de in jus voc ibid. Gothofr lit mihi I. Treutl. v. 1. D. 4. 9. 1. lit. B. Horat. 1. Serm. Satyr. 9.

si sponsorem idoneum dabat, dimittebatur. Veniens in jus Reus, deducebatur ad album, (1) ibidem ipsi ab Actore monstrabatur actio, qvâ contra reum experiri vellet. Mox apud prætorem vadimonium petebatur, & præstabatur. Stato die si Reus non comparebat, commissa erat stipulatio. (2) Si verò utraq; pars se sistebat, actor intendebat suam actionem, Reus vel contradicebat vel assentiebatur. Utriq; inponebatur juram. calumniæ. Post hoc Reus interpositis fidejussoribus satisdabat, rem de qvalis est, non deteriorem futuram, judicatoq; se pariturum. Hisce expeditis, seqvebatur formulæ & Iudicis petitio atq; datio per urnam. Et hæc de iis qvæ fiunt in Jure.

In Judicio ita res gerebatur: Actor proponebat suam actionem. Reus contradicebat. Actori imponebatur probatio à Iudice. Reus editionem instrumentorum petebat, & exceptiones suas adducebat. Actor qvoq; instrumenta Rei sibi edi postulabat & replicabat. Reus forsan aliud instrumentum sibi edi petebat & duplicabat. Actor concludebat. Reus qvoq;. Peroratâ ergò ab utroq; causâ, seqvebatur dijudicatio Iudicis cum Adsessore facta. Postmodùm Viator partibus ex tabella recitabat sententiam, qvâ si se gravatus Reus sentiebat, aut intra biduum, aut eò ipso die inter acta vivâ voce ad prætorem provocabat, & Apostolos petebat. Cui Appellationi si Iudex in honorem Prætoris deferebat, Reus accipiebat litteras dimissorias, ut intra duos menses Appellationem interponeret.

Extraordinaria autem erat, ubi vetus Judiciorum ordo non ita strictè observabatur, adhibitis tamen iis, qvæ ad cognitionem & dijudicationem causæ pertinerent. Judices qvoq; hîc non dabantur, sed Magistratus ipse absq; formula cognoscebat, nisi certa causa judices admittebat. (3)

XX. Et

---

1. L.1. §.1. D. de Edendo.
2. L. ult. D. de Prat. Scip.
3. L. 2. C. de pedan. Jud. vid. Faber. lib. 4. conject. c. 7. & Obr. d. l. n. 51.

XX. Et hæc de Jure civili Mos habendi apud Saxones das hochnoth peinliche Halßgericht potissimùm hisce absolvitur: Signum appropinqvante hora datur, potissimùm mit der gewöhnlichen Glocke. (1) Judex & adsessores in loco consveto maturè adesse, & Adsessores mandatu Judicis ordine consīdere debent. (2) Numerus verò Septenarius (3) qvamvis suâ ratione constet; (4) potissimum hodiè, non tamen infra trinarium, coarctatur. Ipse Judex pedum Judicale, gladiumve vaginâ exertum, dextrâ tenet, debitamq; præ se ferens dignitatem Judicio præsidet. (5) Qvo facto seqvitur solennis constitutio Judicii criminalis, qvæ secundum Jus Saxonicum consistit in interrogatione Judicis & Scabinorum, in ipsa Judicii constitutione & constituti proclamatione. (6) Moris qvoq; est, ut semper à Judice venia tam loqvendi qvam Reum accusandi impetretur. (7) cui succedit Proclamatio Rei accusati, das beschreyen des bekl. das Geruffe/ (8) apud nos das Zeter Geschrey/ vel ab Accusatore vel præcone, den Blutschreyer/ vel carnifice ipso. (9) Peracto hoc, accusator factum proponens oretenus & reum accusans, eum condemnari petit, (10) post accusationem seqvitur Judicis interrogatio, factaq; rei responsione affirmativa, condemnatoria sententia, qvæ ex consvetudine hodiè ab Actuario jurato ex breviculo recitari publicè, (11) eiq; brevissimè tenor Responsi Prudentum inseri debet. Postea Judex baculum manibus elidit medium. Reum potestati carnificis tradit,

Forma Judicii criminalis in foro Saxon.

D

1. Const. Carol. c.82.

2. Georg. Remus in Nemesi Karulina. verbo: considean t.

3. arg. cap. licet de vitanda 6. verbo: Majoris & sanioris partis, X. de Elect. d. Const. c.84. ibiq; Remus in verbo septem.

4. Camerar. cent. 1. histor. subseciv. c. fin.

5. Chilian König *in Proc. Tit.* wie der Richter sein peinlich

6. Magnif. Dn. Carpz. pr. cr. p.3 qvæst.136. n.15. ad n.25. ubi formalia vide.

7. Idem n.25.26 27.

8. Const. Carol. n.87.

9. Chilian König *d.l. & Dn. Carpz. d.l. n.31.*

10. Iidem dd. ll.

11. L. ult. C. de sent. ex brev. rec. Const. Car. art. 94.

dit, & certis solemnitatibus Judicium criminale terminat, observatâ tamen probè cujusq; loci consvetudine. (1) Formam civilis & alius Judicii apud scriptores Juris Saxonici vide pasſim.

Forma probandę Jdict.

XXI. Forma probandæ Jdictionis consistit in actibus probatis per testes, etiam singulares, modò ad eundem finem deponant; (2) Unus v. de actu Jdictionis, alter de actu mer. imp. testimonium perhibens neutrum plenè probat. (3) Illud hîc qværitur: an uno Jdictionis actu censeatur tota Jdictio acqvisita? qvod & videtur, (4) si sc. possess. sit vacans, & de voluntate domini Jdictionem universalem transferentis constet. (5) E contra valet regula: qvantum possessum tantùm præscripsum, (6) & probato uno Jdictionis actu, der Erbgericht; cæteræ Jdictionis species non simul inferuntur der Ober Gericht. (7) Qvæ tamen regula multas alias admittit fallentias, puta nisi qvis habeat Jdictionem ex privilegio sive concessione ab eo qvi habet jus condendi, vel nisi ipsa substantia rei non patiatur separationem, unde uno gradu meri imperii præscripto, reliqvi etiam præscriptioni accedent. Ampliatur etiam dicta regula, ut qvando qvis præscripsit Jdictionem in territorio, eandem qvoq; ad advenas & forenses extendere possit (8) Probatur, porro Jdictio executione mulctarum, famâ, potissimùm in antiqvis, fortius autem per scripturas & instrumenta antiqva, item notis qvibusdam, parietibus, tabulis, lapidibus in-

1. Dn. Carpz. d. t. n.35.38. ad n.41. Const. Car. art.96. ibiq; Remus

2. Joh. Monach. c.6.n.10. Bocer. c.10. n.14.

3. L 9. C. de Test.

4. Wes. h.n.12. in fin. Bocer. c.10. n.13. Schneid. ad §. possidere n.105. J. de Interd.

5. arg. L.8.§.fin. D. qvemad. serv. amitt. L.1. & 2. C. de serv.

6. Bald in L. si qvis diuturno 10. D. si serv. vind. Schneid. d.l. n.106. Steinhausen. in Com. D. h. t. n.13.

7. Schneid. d. t. n.105. Exc. Dn. Suevus. in Disp. ad Treutl. 3. Th.7. adject. 2. Dn. Habn. ad W. h. n.12

8. Author Consilii de Jurisdictione & Regalibus c.3. n.22. ex Chassan. rubr.1. super verb. droict. n.90. & seqq.

incisſis, libris publicis & Matriculis. (1) Alii modi probandæ Jdictionis apud Dd. pasſim patent. (2) puta: ſtatuta condere, (3) erigere furcas, creare officiales, ſcarnagiare animalia, percipere decimas ex data facultate ſeminandi, venationem prohibere, (4) ut & imponere collectas, (5) qvod aliqvando certis cauſis, (6) & conditionibus (7) concurrentibus, non abſurdum eſt dicere esſe Jurisdictionis. (8) Præſumptio demùm hîc qvoq; militat, niſi ſc. alius ſit in qvaſi posſesſione Iurisdictionis, vel fortiores præſumptiones ſint pro contraria parte (9)

Optimè tamen probatur per litteras inveſtituræ, qvæ ſemper plenam faciunt probationem, & ex qvibus potisſima controverſiarum deciſio ſumenda eſt. (10) Eò magis autem necesſariæ ſunt hæ litteræ, anteqvam ſc. Jdictio publica facta eſt, qvia poſt ſemel factam publicationem facilius præſumitur. (11) Imprimis qvoq; obtinet hæc probatio, qvando Idictio confertur per modum infeudationis, qvando verò officialibus; tum litteræ, qvibus ipſis officium committitur, der Beſtallung/ aut ſi gratioſè concesſa ſit, tunc litteræ privilegii inſpiciendæ ſunt.

XXII. Finis eſt pacis & Religionis conſervatio, & ut cuiqve tribuatur ſuum. Finis.

XXIII. Effectus conſiſtit vel in commodis vel in oneribus. Commoda ſunt 1. Poteſtas & officium Effectus qvoad commoda. Officium Jus dicentis.

1. vid. Magnif. Dn. Carpz. 1. Reſp. 79. per tot. ibiq; plures.

2. vid. Maſcard. de Prob. verb. Jdictio. Matth. Steph. l. 1 c. 37. n. f.

3. Nicol. Everhard. Conſil. 24. n. 39.

4. Garſias Maſtrillis, Deciſ. 114.

5. Autor Conſilii de Jdict. & Regal. c. 3. n. 34. Joh. Bidenbach. qvæſtion. nobil. 7. p. m. 56.

6. arg. L. placet 8. C. de Excus. mun. verb: ſi qvid urgere cœperit. lib. 10. Treutl. v. 2. D. 18. th. 10. ibiq; plures. Caſpar Klock *de Contribut. n. 137.*

7. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 6. d. 24. in fin. Petr. Peck de Jure ſiſtendi c. 4. n. 17.

8. Dn. Hahn. ad W. h. n. 12.

9. Weſ. h. n. 12. Menoch. c. 6. n. 11.

10. Magnif. Dn. Carpz. 1. Reſp. 65. n. 16. & 1. Reſp. 81. n. 16. per plures ibidem.

11. cap. un. 2. F. 10. Treutl. ibiq; Hunn. v. 1. D. 3. th. 7. Lit. B.

cium jus dicentis, qvod latissimum est, (1) pro natura sc. & forma Jdictionis. Potest enim bon.poss. dare, in possessionem mittere, pupillis tutores dare, (2) & ad omnes omninò causas civiles & privatas, non criminales, extendi potest, non solùm qvæ jure magistratus, sed etiam qvæ speciali concessione tribuuntur. (3) Sive, qvæ non Jdictionis propriè dictæ, sed extrajudicialia potius sunt (4) Lepidam Veterum allusionem, (5) ad verbum latissimum, ex eoq; natam de prærogativa longi & brevis hominis controversiam, Parnassiâ decisione venustè composuit Boccalini, ubi plura (6)

Jure Saxonico ad oppignorationem rerum immobilium Magistratus seu Judicis, sub cujus Jdictione bona sita sunt, consensus reqviritur. (7) Si qvidem in Concursu creditor utiliter eâ uti velit. (8) Idq; in nostro casu oppignorationis sc. ad eundem modum tùm ob Magistratum ipsum, ut ipsius qvalitas illibata servetur, (9) tum ab Creditorem, ne una res pluribus obligetur, & creditor decipiatur. (10)

Actio confess. & negatoria.

XXIV. 2. Jus incorporale, qvod in patrimonio consistit & ad heredes transmittitur, vindicaturq; actione confessoriâ & negatoriâ. (11) Qvibus non tantum servitutes vin-

---

1. L.1. D.h.
2. d.L.1.
3. Govean. ad rubr. h. n.14. Sutb.D.129.
4. L.6.7. D. de O.Præf. arg. L.19. eod. L.7. de Off.Proc. l 6. §.ult. eod. vid. Cujac. in parat. h. & Guil. Maran. in Comment. ad D. h. p. m.170. Pac. in Isagog. h.
5. Cyn. ad L.1.h.n.8. Bart. ibid. n.2.
6. Boccalini in Relat. Parnaß. c.32 Relat.2.
7. Nov Aug. Elect.23.p.2. ibid. Dn. Carpz. Defin.1.
8. L. ult. C. de reb. alien. non alien. Carpz p.1.c.28. def.110.
9. L.1. verb. potior. C. Si propter publ. pensitat. L.7.pr. D. de publ. & vectigal.
10. d. Nov. 23. §. und dieses. *vid. Procesf.* Ordnung *Tit.46. §.* aber unbewegliche Erbgüter *Dn. Carpz. d. defin per tot. & 4. Respons.31.n.6.7. & seqq.*
11. Bald. in rubr. C. de usufr. Joh. Faber. ad §. aqvè. J. de Act. n.10. & 35.

vindicantur, sed & alia jura (1) incorporalia qvævis, puta decimæ, reditus, jus præsentandi, jura ecclesiastica, & Jurisdictio, (2) modo de ipso Jurisdictionis jure controversia sit. (3) Namq; si de qvasi possessione ejus lis sit, forsan ob turbationem qvasi possessionis, aliud suppetit remedium, (4) sc. interdictum utile uti possidetis, & itidem aliud sc. unde vi, si qvis vi dejectus est de possessione. (5) Qvod tamen Bocero vix probatur cùm interdicta illa ad res corporales & immobiles pertinent. (6) Propterea tutius est confessoriâ experiri, cùm eadem sit agendi ratio pro Jdictione, qvàm pro servitute, ob similitudinem. (7) Qvamvis Domino á subditis in possessione sua turbato adversus eos, etiam utile interdictum retinendæ possess. uti possidetis & vice versa, competere in praxi testetur Magnif. Dn. Carpz. (8) qvia ubi petitorium competit, ibi etiam datur interdictum possessorium. (9) Pro conservanda, pignoratio est permissa. (10) Pro violata, competit etiam actio injuriarum, (11) & tam civilis qvam criminalis, (12) Item remedia Juris Canonici, (13) & pœnale Judicium (14) qvod fit vel captura personarum, vel mulctæ irrogatione, vel banno vel bello. (15) Demùm si publicâ vi Jdictio alicujus turbatur, potest etiam cogi violator per pœ-

 nam

1. arg. L. 9. §. 2. D. de damno inf. & l. 2. D. de arb. cæd.

2. CC. in c. 19. & 25. X. de Decimis. Schn. ad §. æqvè J. de act. n. 10. Oldend. Cl. 3. act. 4. p. m. 329.

3. Bocer. c. 10. n. 8.

4 c. licet causam X. de Probat. Gl in l. 1. D. uti poss. & in l. 1. C. eod. Shn. ad §. 4. J. de Interd. n. 5.

5. Costal. ad L 8 §. 5 D. Si serv. vind.

6. Boc. c. 10. n. 2. & 3.

7. Magnif. Dn. Carpz. 4. Resp. 78. n. 23.

8. Idem p. 2. c. 7. d. 12.

9. Bart. in L. ult. D. qvor. bon. c. subacta 21. de sent. & re judic.

10. Dn. Carpz. p. 2. C. 27. d. 3.

11. Thomingius tom. 1. Cons. 24. qvæst. 7. n. 32.

12. arg. L. 13. §. ult. & L 23. in fin. D. de injur. Bocer. c. 10. n. 5.

13. c. 20. redintegr. 3. q. 1. & c. sæpè X. de restit. spol. Bocer. d. l. n. 4. Steph. c. 4. lib. 1. n. 2.

14. L. 1 pr. D. si qvis jus dicenti.

15. per ea qvæ habet Thoming. 1. Cons. 24. qvæst. 7. à n. 27. ad n. 36.

nam fractæ pacis publicæ. (1) De hisce autem omnibus remediis hoc notabile est, qvod Judex vel Magisttatus, non tantum unum aliqvod eligere, sed & ad aliud qvoq; recurrere possit si velit (2) & opus sit, seu aliud magis conducat.

Perpetuatio litis.

XXV. 3. **Perpetuatio litis**, ne ad alium Judicem trahi possit, (3) sed ubi inceptum est semel Judicium, ibi & finem accipere debeat. (4) Pœna mutationis Judicii, sive qvando qvis adversarium, coram duobus s. diversis Judicibus pro eodem negotio citat, secundum communem est arbitraria; cum refusione expensarum. (5) Cœptum autem dicitur Judicium propriè per litis contestationem, impropriè per citationem, (6) ex qva tamen provenit **Præventio.** Qvæ est occupatio actus judicialis, sive exercitii Jurisdictionis, qvæ pluribus competere poterat. Et sic duo ad eam reqviruntur; & Competentia Judicis, (7) & legitima citatio. (8) Cui & monitorium æqvi pollet. (9)

Fructus Jdictionis

XXVI. 4. Omnes alii **Jdictionis fructus**, ut sunt mulctarum pœnarumq; compendia, sportulæ & aliæ ex Jdictione accessiones, qvibus Judex alacrior redditur ad puniendos reos. Ex qvo effectu, dum sc. præter actum Jdictionis exercitæ, etiam mulctæ, tanq; qvædam corpora remanent qvæ divi-

---

1. *Treutl.h §.11.Lit.B.*

2. *Br.ad L 1 pr.n.7. Si qvis jus dicenti. Jason ibid.n.24. Cagnol. n.75. Thoming d.l.n.37.*

3. *L.pen.D.h. L.34. L.30. D.de Jud.Mejer. in Coll.Jur.Arg. lib.1. tit.1.§.48.*

4. *d.L.30.Dn. Carpz.2.Resp.30. n.11.*

5. *Gail.1. obs.32. n.7.*

6. *Dn.Frantzk. in Com. ad Dig. de Judiciis n.51.*

7. *L.3.de O.Præsid.L.3.D.de O. Præf.urbi.*

8. *§.ult.D.de pœna tem.lit.L. 7. D. de Jud. L.ult. C. de in jus vocand. c. proposuisti X. de for. competent.*

9. *Qvintil.Mandosa de Monit. qvæst.17.n.4. vid.Dn.Carpz. 2.Resp.46. & 47. & fusius de PraeventioneMagnif. Dnus.Aug. Strauchius, Præcept. ac Patronus meus venerandus in disp.sua Inaugurali.*

dividi possunt, rectè Jdictionem dividuis Juribus, qvoad commoda & ipsum Jdictionis dominium adnumerari censeo, qvia usus ejus est dividuus. (1) Ad hos fructus etiam refertur Jus Successionis in Gerada & bonis vacantibus. (2)

XXVII. Onera seu omnia ea, qvæ facere Magistratus debet, sunt

Effectus qvoad onera.

1. Officia, qvæ pro diversitate Magistratuum, varia qvoq; fuerunt. Dividuntur autem Magistratus Jure Romano in urbanos & provinciales. (3) Urbani rursus vel in majores & minores ratione electionis, (4) vel in ordinarios & extraordinarios ratione gubernationis (5) Ordinarii majores fuerunt COSS. qvorum officium est consulere civitati, & Jurisdictionem exercere voluntariam, (6) imô contentiosam.] (7) Prætores, qvarum partium fuit Jus civile custodire, privata judicare, vel jubere judicari;(8)& Præf. Prætorio, Magistratus militaris, qvi cohortibus prætoriis & disciplinæ publicæ præfuit, tractu temporis & ejus potestate adauctâ & ad civilia qvoq; protractâ. Qvo nomine etiamnum hodiè veniunt inter alios, qvam maximè Serenissimi Electores Saxoniæ. (9)

Extraordinarii Majores fuerunt Præfecti Urbi; qvi absentibus Magistratibus urbem custodiebant, crimina audi-

1. arg. L 25. §. 9. D. Fam. herc. Modest. Pistor. p. 2. qvæst. 86. Jacob Schultes in addit. n. 37.

2. Dn. Carpz. in pr. Cr. p. 3. q. 109. n. 70.

3. L. 13. h. Sueton. in Claud. 23.

4. L. 32. D. de Injur. Gell. 13. noct. Att. 14.

5. D. d. ad L. 2. D. de O J. Rosin. 7. Antiqvit. 2.

6. L. 1. D. de Off. Consf.

7. L. 57. verb. Si Consul Jus dixerit D. de re jud. arg. l. 5. §. 1. D. de O. ejus L. 2. h. & L. 2. §. 16. D. de O. J. Bach. ad W. D. de O. Consf. lit. D. Dn Habn. ibid. p. 133. vid. Dio. lib. 34. Alex. 3. gen. 3.

8. L. 2. § 27. D. de O. J. Brisf. 2. antiq. 17. L. 23. §. 1 D. de her. inst.

9. L. un. C. de sent. præf. prætor. L. 8. C de Episc. aud. L. 40. C. de Decur. Bach. ad W. de O. præf. prætor. lit. A. Joh Fersius Tr. de præfectura prætorii per tot. imprimis c. 4. p. m. 47.

audiebant & consulare munus gerebant, (1) postea facti ordinarii. (2) Hic referendi Dictator, qvi orto maximo periculo, omnia Magistratuum jura ad se trahebat, & capitis animadversionem ad tempus exercebat (3) & Intrrex, cui munus cosf. incubuit, qvando vitio essent creati Consf. vel qvando Cosf. comitiis interesse non poterant. (4)

Ordinarii minores erant qvæstores ærarii seu urbani, qvi in pecunia publica conqvirenda erant occupati (5) & Ædiles, qvi de qvibusdam causis edicta proponebant, (6) puta de viis, mensuris, thermis & aliis qvæ Juri honorario adnumerabantur. (7)

Extraordinarii minores sunt Trium viri, seu qvæstores parricidii, ad qvos jus spectat facinorosis dicendi diem & lege in damnatos animadvertendi (8) ut & custodiam habendi carceris. (9) Qvibus suo modo addi potest Præfectus Vigilum; (10) qvi præpositus erat vigiliis, qvibus urbs ab incendiis tuta erat. (11) cognoscebatq; de incendiariis, effractoribus, furibus raptoribus. (12)

Provinciales, seu potestates, sunt Procosf. qvi loco Consulis provinciam admnistrabant; cum summo seu Consulari Imperio. (13) Præsides, seu legati Cæsaris. Eorum officium est jus reddere in homines suæ Provinciæ, curare ut pacata sit

ta sit

1. *L.2. §.33. D. de O. J. Tac.5. annal. Cagnol. in L.1. D. de O. ejus n.73. L.1. pr. D. de O. Præf. Urbi. Sen. 2. Epist. 84.*

2. *L.3. C. h. Svet. in vit. Aug. 37.*

3. *L. 18. verf. hunc D. de O. J. Forst. 1. hist. p. 29.*

4. *Perion. 3. de Magistr. Halicarn. lib. 1. & 2. Tilem. Diss. ad Dig. 2. §. 40. lit. B.*

5. *L.2. §.22. D. de O. J. L. un. §.1. de O. Qvæstor.*

6. *§.7. J. de J. N. G. & C.*

7. *Borcholt de pact. cap. 5. n.44.*

8. *L.2. §.23. D. de O. J. Dn. Hahn. ad W. de O. Qvæstor.*

9. *Liv. 6 dec. 1.*

10. *d L.2. §.33.*

11. *t. t. de O. Præf. Vig.*

12. *L.1. d t.*

13. *L.1.2. D. de O. Proc. L. un. C. eod. Cujac. 20. Obs. 37.*

ta ſit Provincia & à malis hominibus purgetur, (1) inſpicere ædificia & cogere dominos ad refectionem. (2) Inqvirere in facinoroſos, tum mulctando, tùm feriendo gladio (3) & alia paſſim. Procuratores, qvibus incumbebat cura rerum fiſcalium, tantùm (4) (forſan etiam cauſæ mixti imperii ad illum in gradu remisſiori ſpectarunt) (5) non item criminalium, niſi qvando vice præſidis fungebantur (6) qvo modo Pontius Pilatus judicium criminale SALVATORIS MUNDI exercere potuit, qvia Judæa erat Provincia minor, qvæ nullum Præſidem habebat & ſic Procurator ejus vice fungebatur. (7) Præfectus Auguſtalis qvi Ægypto præfuit (8) & ejus adjunctus Juridicus Alexandriæ, cujus officium erat jus dicete & actiones Præfecti ſpeculari. (9)

XXIIX. 2. Impenſæ in executiones delinqventium. Hiſce enim conceſsio Magiſtratui facta compenſatur, (10) & ideo tributa & vectigalia à ſubditis, (11) augmenta ex bonis vacantibus (12) & delinqventium, fructusq; Jurisdictionis ex pœnis & mulctis capit, ut ſumptus ipſi ſuppeditent ad exercendam Jdictionem & animadvertendum in facinoroſos

Impenſæ.

E

1. *L.3.D. de Off.Præſ. n.17. c.2. n.134. c.1.*

2. *L.7.D.de O.Præſ.*

3. *L.6. § 8. D. de O. Præſ.vid. Sigon.2. de Jur.Prov.1.*

4. *tt.D. de Off.Proc.Cæſ. L.1.& ult.d.t l.2 C ſi adverſ.fiſc Hotom. 6.Obſ.23. Dio.lib.53.*

5. *Dn.Habn. ad W.de O.Procur p.143.*

6. *L.4.C. ad L.Pap.de plag. & imprimis per L.2.C.de pœniſ.Briſſon.3.ſelect.18.*

7. *Tacitus lib.15.Annal.in verb. author nominis ejus CHRISTUS Gothofred.in notis ad rubr.C.de Off. ejus qvi vicem al. Jud.vel præſidis obtinet.Tertul. in Apologet.c.21.p.m 48.& 49. Joſeph. 18.antiq.5. Dn.Frantzk. in Com. ad Tit. de Off. Proc.n.10.11.Tileman.d.Diſp.2 Θ.46.*

8. *L.un.D.de O.Præf. Aug.*

9. *Dn.Frantzk. in Com. D.de O.Jurid.in fin.*

10. *arg.L.18. D.de op.lib.*

11. *N.149. c.ac ſane 2.verſ.impoſſibile.Beſold. Cl.1 D.3.c.7.*

12. *L.R.lib.1. art.28. ob rationem in Gl. latin.lit.B.*

ſos. (1) Niſi aliud ſit introductum conſuetudine, ut ſc. ſubditi ſumptus publicæ Juſtitiæ, ipſi ferant, das Hencker Geld (2) Qvæ conſvetudo legitimè debet probari à Magiſtratu, nec latiùs extendi, niſi in qvantum invaluerit, & in qvibus cauſis in ſpecie contra ſubditos probata fuerit. (3)

Onus itidem alimentandi infantem expoſitum ad Magiſtratum pertinet & qvidem Superiorem, (4) Qvo tamen onere uterq; Judex vacat, ſi adſint Hoſpitalia, ſeu brephotrophia, (5) vel in Communitate loci, ubi repertus eſt infans, inveniantur homines, qvi ſponte Pietatem exercere velint. (6)

Signa qvoq; Jurisdionalia Magiſtratus ſumptibus ſunt erigenda, puta, patibulum, rota, columnæ, Murus decollationi deputatus (Rabenſtein) numellæ &c. (7) nec ſubditi ad horum ſumptuum refuſionum ſunt adſtringendi ex antea dictis rationibus. (8)

Refectio qvoq; viarum publicarum gemeiner Landſtraſſen ad eundem ſpectat.

Actio ſubſidiaria.

XXIX. 3. Actio in ſubſidium, ſi non idonei tutores dentur pupillis, (excuſſis ſc. priùs tutorum, curatorum vel Fidejuſſorum facultatibus) (9) pertinet namq; ad Magiſtratus officium, pupillis non habentibus tutores conſtituere. Qvare ſive non dederint, ſive non idoneos dederint ſive cautionem non exegerint, (10) tenentur hâc actione, qvia hoc modo dolus & culpa iis

1. *Ord Prov. de anno 1555.* von Unkoſten der Peinl. Rechtſ. *verb.* ſelbſt tragen *Ord. Carolin. art. 204. Dn. Carpz. in Pr. Cr. p. 3. q. 138. n. 40. ad n 48.*

2. *d. Ord. Prov.* §. welcher aber.

3. *Dn. Carpz. d. l. n. 70. ad n. 82.*

4. *Dan. Moll. 4. ſemeſtr. 45. Dn. Carpz pr. Cr. qvæſt. 109. n 45. p 3.*

5. *arg. Clement. qvia contingit 2. pr. de rel gioſ. dom. Dn. Carpz. p. 4. C 4. d. 10.*

6. *arg. N. 153 pr. vid. Ritterſh. ad N part. 12. c. 14. per tot.*

7. *Dn. Carpz. d. l. n. 73. in pr. Cr.*

8. *Webner. ſub rubr.* Zent *Dn. Carpz. d. l. n. 66.*

9. *L 1. D. h. & t. t. D. de Mag. Conv.*

10. *L. 1 § Si Præſes 3. & ſeqq. D. de Mag. Conv L. 5. D. de confirm. Tut. Tulden ad C. de Mag. conv. Chriſtin. v. 3. dec. 181.*

iis imputari posse videtur, ita ut probatio non ad pupillum sed Magistratum pertineat. Ex privilegio sc. hujus actionis, qvia Magistratus officium est, idoneam cautionem exigere, qvo officio, an rectè functus sit probare illud debet. (1)

XXX. **Affinia** sunt Regalia, ex qvibus multa hodiè sunt Jurisdictionis, qvæ olim inter regalia relata. Qvamvis formâ ipsa & modo habendi differant. (2) Affinia.

XXXI. **Contraria** sunt 1. Mors ejus cui Jurisd.commissa est, siqvidem cum ipso Magistratu finitur, qvæ Magistratui cohæret. (3) Non autem mors constituentis seu conferentis Jurisdictionem, qvia hoc modo Jdictio redit ad successorem (4) Qvid si autem Jurisdictio territorio inhæreat & cum eo acqvisita sit, & tunc consideratur vel activè qvoad exercitium, qvo casu morte habentis aliqvandiu cessat, vel passivè, qvoad inhærentiam in patrimonio, qvo respectu transit una cum feudo vel re in successores seu heredes. Contraria. Mors

XXXII. 2. **Non usus** seu præscriptio. Qvæ duo conjunctim sumenda. Nam solo non usu non amittitur Jdictio, si fortè habilis casus non eveniat; (5) sed necesse est ut concurrant alterius in contrarium & usus & præscriptio. (6) Interveniente sc. præter patientiam adversarii, (7) cum legitimi temporis lapsu, (de qvo sub Causa Effic.) potissimum prohibitione. Qvod ipsum in Servitutibus ad eundem modum obtinet, qvæ nunqvam præscribuntur, nisi prohibitio præcesserit, à qva demùm incipit currere præscriptionis tempus. (8) Non usus

1. Wesenb. in parat. D. de Mag. conv. ibidemq; Habn. & Bach.

2. Paurm. lib. 1. de Jdict. cap 4. in fin.

3. L. ult. C. ubi & ap. qvem Matth. Step. lib. 1. c. 39.

4. Covarr. pr. qvæst. l. un. c. 4. n. 4. Dn. Habn. ad W. h. n. 14.

5. L. 35 verb. etsi necessitas. C. de Decur. Ether. Mobr. de Idict. c. 4.

6. Bach. ad W. h. n. 14 litt. cc. & ad Treutl. de Jdict. th. ult. lit. B.

7. L. 6. § 32 de Serv. præd. urb. Thom. Michael de Jdict. θ. 64.

8 L. 18. §. fin. D. qvemadm. serv amitt. Matt. Steph. L. 1. c. 39. n. 20. Dn. Carpz. per mult. Dd. 1. Resp. 36. n. 8.

Datur tamen casus, qvo Jdictio per non usum unicè & tantùm amittitur, sc. qvando qvis non exerceat suam Jdictionem cum possit & debeat exercere eandem in casu qvodam. Tunc enim qvoad illum casum, confestim amittit illam Jdictionem; propter sc. denegatam Justitiam. *(1)* Qvod tamen durum, nec statim ob denegatam Justitiam Jdictionem amitti censet Thomingius, *(2)* sed potius extra ordinem Magistratum puniri debere per multa probat, in casu, qvo magnum admodum videtur ob Magistratus solius commissum, civitatibus Jdictionem aufferre. Cum universitas ex delicto officialis non teneatur. *(3)*

Recusatio

XXXIII. 3. Recusatio. Cujus causæ considerantur vel ex persona solius Judicis vel Judicis & unius litigantium simul, vel ratione territorii, vel ratione causæ. (4) Communiter causæ suspicionis numerantur inimicitia, consangvinitas & affinitas. Item si officialis fuerit Advocatus in eâdem causa, qvæ tamen recusatio non tantum allegari, sed & probari, (secus n. injuriarum actionem qvis non effugiet (5)) & libello ante litem contestatam & conclusionem causæ fieri debet. Postea n. non admittitur, nisi causæ suspicionis novæ emerserint. (6) Qvinam autem Judex concurrentibus suspicionum causis, recusari possit, hîc qværitur? De Delegato non est dubium. *(7)* Circa Ordinarium distingve. De Jure civili Ordinarius regaliter recusari non potest ad eum effectum ut removeatur tanqvam suspectus, sed ut ei alius adjungatur, si causa suspicionis sit suborta. (8) Nam

1. Avth. statuimus sub L.33. C. de Episc. & Cler. Gail 1. obs. 28. n. 1. & 2. Coler. de Proc. exec. p. 1. c. 2. n. 281. Hahn. ad W. h. n. 14.

2. Thomingius 1. Cons. 24. qvæst. 7. n. 12. & seqq. vid. N. 17. c. 3. verb. in te indignationem.

3. Bart. in L. aut facta §. fin. D. de pœnis n. 11. & arg. L. 6. pr. D. de Cond. inde

4. Gothofr. ad L. 16. lit. m. F.

5. Dn. Carpz. p. 4. C. 42. d. 8. n. 4.

6. Gars. Mastrill. Decis. 151. per tot.

7. L. 16 C de Jud.

8. Auth. si vero. C. de Jud. Dd. in L. 16. C eod. L. 4. C. de Jurisdict. omn. Jud. Gail 1. obs. 33. n. 1. Schneid. ad §. 1. J. de act. n. 26.

Nam hoc est proprium Ordinariorum Judicum ut recusari non possint. (1) & qvod morte Imperatoris earum Jdictio non extingvatur. De juro verò Canonum recusari uterq; potest. (2)

XXXIV. 4. Revocatio superioris, qvâ inferiori Judici statim manus ita constinguntur, ut postqvam Major causam ad se revocat, non valeat processus per minorem Judicem factus (3) Qvænam autem sit illa Jdictio, qvæ à concedente pro lubitu revocari possit, docet Paurmeisterus, (4) eam sc. esse qvæ simpliciter mandata vel ratione officii concessa est, ex qva nullum jus in re, aut possessio in Jdictione, sed nudum tantum exercitium & administratio nomine concedentis transfertur. Aliàs imperium constitutum, v.g. Consulis creati, investiti, revocare nisi causa culpaq; allegetur, Principi indistinctè non concedi Dd. autumant, (5) Illud hîc dubium est, an ita demum revocatio valeat, si ante citationem emissam vel litis contestationem, & sic re adhuc integrâ fiat. Qvod qvibusdã placet; (6) an vero nuda revocatio sufficiat, re adhuc non integra, sc. post litis contestationem? qvod & verius videtur, sc. & tunc Jdictionem à Mandante revocari posse, qvia ipsi mandanti res nunqvam desinit esse integra, nec qvicqvam hîc habeant Mandatarius & partes, de qvo conqverantur aut qvod prætendant. (7) Revocatio.

XXXV. 5. Delictum, si qvis Principem injuriosè offendat, si in bannum Imp. incidat, & abusus, qvando sc. Domini potestate suâ in subditos abutuntur, tunc enim superior subditis, contra crudelitatem inferiorum Magistratuum subve- Delictum

 nire

1 *L.4. C. de Jdict. omn. Jud. Dn. Carpz. 2. Resp. 49. n. 32.*

2. *c. 4. X. de for. comp. c. 6. X. de Appellat. Treutl. b. 9. 11. Jub lit. H.*

3. *L 58. D. de Jud. c. 56. X. de Appellat. ibiq; Dd.*

4. *Paurm. lib. 1. c. ult. n. 12.*

5. *Roland à Vallez. Conf. 66. n. 8 arg. L 22. D. de leg. 3. Zas. ad L. Princeps n. 16. de LL.*

6. *arg. §. 9. J. de Mand. L. 8 §. Mandati. D. eod. Bocer. c. 6 n. 52. Hunn. ad Treutl. b. 9 12. lit. G.*

7. *Bach. ad Treutl b 9. 12 lit. G. Dn. Frantzk. in Com. ad D. b. n. 40.*

nire debet, ne plus æqvo vexentur & ad insolitas operas compellantur. (1) Remedia contra hancce sævitiam, præter inhibitionem, actionem injuriarum, Actionem utilem L. Aqviliæ ad interesse & restitutionem damnorum, seqvestrationem itidem, (2) & prohibitionem factam, à superiore Domino, ne subditi nec census solvant, nec servitia præstent, donec in priora jura repositi sint; (3) est metus qvoq; ne Jdictione suâ omninò priventur, cùm ob nimiam atrocitatem qvis privari possit Jdictione (4) imò & feudo. Subditi qvoq; impunè discedere, nec à domino revocari possunt. Nec tantùm abusu, sed etiam conniventiâ prædicta fieri possunt (5) Differentia enim inter delictum omissionis & commissionis non habet locum in Judice, qvi æqvè graviter in omittendo & negligendo, qvam si committendo delinqvat, (6) contra Justitiam agit & litem non tantùm dolo, fraude, sed etiam culpâ, errore vel ignorantiâ suam facit, & hoc modo in Syndicatu uti loqvuntur tenetur. (7) Unde pronunciatur: Daß die Gerichts Herren bey verlust Ihrer Gerichte die Ubelthäter zustraffen schuldig. Et insuper constat, qvod in delictis, qvorum pœna Jure divino sancita, ne Princeps qvidem absq; causa dispensare possit. (8) Multò minus jus aggratiandi, seu ut pœnam mortis in aliam mortis afflictivam immutare possint iis competit, qvi absq; Regalibus tantùm mer. imp. habent. (9) Neq; pœnam mortis severiorem in aliam mortis mitiorem alterare possunt, absq; speciali venia Principis, (10) nisi forsan aliqva probabilis causa adsit, cujus tamen dijudicatio non Magistratui sed tutiùs apud nos, Electoralibus Scabinis relinqvitur (11) Appel-

1. *L.6.§.2.D.de Off.Præf..Gail. 2.obs.17.*

2. *Bernh. Grav.ad Gail.Concl. 17. n.11.*

3 *Lud.Fachs.Cons.1.n.27.Grav. d. l.*

4. *arg.L.un.C. de emend.serv. & L.ul. C. qvemadm. civil. mun. indic.Dn.Carpz.lib.1.Resp.53.n.10.*

5. *Idem ibid. n.12. 13.*

6. *Ex Tiraqvell. Paurm.lib.1. c.ult. n.14.*

7. *Jac. Menoch. arb. Jud. qvæst.lib.1. qvæst.76.*

8. *Dn. Carpz. in Pr. Cr. p.3. qvæst.150.*

9. *Ord. Prov. de anno 1555. sub rubr.* das Peinliche sachen.

10. *Farin.in pr.cr.lib.1. Tit.1. qvæst.6. n.2.*

11. *Dn. Carpz. pr.cr. d.q. n.69.*

XXXVI. 6. Appellatio, si Judex superior det inhibitionem (1) qvæ ipsa inhibitio uti Appellationi introducendæ est necessarium conseqvens; ita appellatio deserta omninò non est, si appellans intra terminum, inhibitionem à Judice superiore impetrare non potuerit, qvippe in cujus potestate non est ad hoc cogere Judicem ad qvem(2) Factâ autem inhibitione, statim producitur tùm effectus devolutivus qvoad Superiorem, tùm suspensivus qvoad inferiorem Judicem, cujus Jdictio eo ipso sistitur, ita ut acta causæ inhibitæ post inhibitionem pro nullis habeantur. (3) Nec tantum Appellatione interpositá, sed sine etiam eá, nudá tantùm inhibitione, cursus Judicis inferioris impeditur. (4) Siqvidem multiplex ea est, & generaliter nil aliud est qvam Magistratuum interdictum ac præceptum (5) ut inhibitionibus possessoriis, qvarum effectus est, ut Judex in possessorio summariissimo, tueatur eum, qvem possidentem invenerit, & alteri inhibeat ne possessorem molestet. (6)

XXXVII. 7. Avocatio. Qvâ lis coram inferiore pendens ad Judicem superiorem sine appellatione transfertur, & nihil juris apud inferiorem qvoad ulteriorem, dijudicationem relinqvitur. (7) Competit hoc jus non tantùm qvibuslibet Principibus & Statibus Imperii, ut tùm in suo territorio ab inferioribus Judicibus ad se avocent causas, in eo statu in qvo fuerunt apud inferiorem (8) & justam habeant causam; (9) tum à Camera vel alio Judice superiore (modò privilegium fori concessum habeant) subditos suos conventos ad se retrahere & per modum exceptionis declinatoriæ revocare possint. (10) propriè enim hîc avocatio non est; (11) sed etiam aliis, qvi Jurisdictionem in oppido vel pago exercendam alicui mandarunt. (12) Non tamen avocantur causæ ab inferioribus Judicibus, qvi Ordinariâ Jdictione ex privilegio vel præscriptione gaudent, nisi justæ & rationabiles subsint rationes, puta Judex suspectus, lis protracta, justitia

1. *Joseph. de sese Tr. de Inhib. & Exe-cut. c.25. n.14.*

2. *Ludov. Rom. sing. 163. n.2. Dn. Carpz 3. Resp.118.*

3. *Paurm. lib 1. c.ult. n.16.*

4. *M. Stephani lib.1. c.39. n.24.*

5. *L.1. pr. D. de nov. op. nunc. c. dilectus X. de rescript.*

6. *Dn. Carpz.1. Resp.21. n.6. ibiq; Contardus allegat.*

7. *Bernh. Grav. ad Gail. Concl.41. n.2.*

8. *Nicol. Reusner. Consil.6. n.29. lib.2. Berlich. part.1. Concl.6. n.1.*

9. *Castrensis in auth. qvâ in Provincia C. ubi de crimin.*

10. *Rutg. Rul. in addit. ad Processf. Ferrarii p.2. lib.1. c.ult. Gail.1. obs.41. n.7.8.9.*

11. *Vult. in Com. ad Tit. Cod. de Jdict. l.1. n.47.*

12. *Covarr. qvæst. practic. c.9. n.4.*

ſtitia denegata &c (1) Ex eodem capite, qvod ſc. ab Ordinariis Judicibus cauſæ regulariter non poſſint revocari, ſeqvitur, qvod & Cæſar cauſas in Camera pendentes non ad ſe avocare poſſit. Qvod ipſum etſi de Jure Civili liceret, (2) tamen hic non attenditur, ob vim Ordinationis Cameralis, (3) & conventionem mutuam, qvæ modum contractus ſapit, qvo Imperator in hanc Ordinationem conſenſit & concurrentem cum Camera Jdictionem habet. (4)

XXXIIX. 8. Mors mandantis, qvâ mandata Jdictio finitur, qvemadmodum aliud quodvis mandatum (5) modò res adhuc ſit integra, (6) ſive anteqvâ Judex aditus ſit & citatio emiſſa (7) in qvo differt tùm à Revocatione, qvâ indiſtinctè etiam re non integra Jdictio finitur, tùm à Magiſtratu & Judice dato, qvorum alterius Jurisdictio per mortem principis, alterius notio per mortem Prætoris non exſpirat, cum nomine ſuo h. e. proprio alter jus dicat, alter nomine ſuo judicet, & ab utroq; appelletur is qvi Jdictionem vel notionem dedit, ab eo autem cui mandata eſt Jdictio non appelletur is qvi dedit, ſed qvi mandante eſt ſuperior. (8) Finitur porro Mand. Jdictio morte ejus cui mandeta eſt, ex regula; qvod cum perſonæ induſtria eſt electum, tunc ea extinctâ, id ipſum qvoq; extingvitur, in qvo induſtria illa fuit electa. (9)

XXXIX. 9. Pœnitentia in prorogata Jdict anteqvam Judex aditus (10) aut lis conteſtata fuerit. (11) His enim caſibus per aditionem tam expreſſam qvam tacitam, & actum Judicialem intervenientem intereſſe Judicis cœpit, cujus authoritas, per pœnitentiam partium ſolam eludi non debet. (12) Qvæ tamen omnia limitantur, niſi mediante Juramento Jdictio ſit prorogata, tunc enim pœnitentiæ locum non eſſe placet ex eo, qvod omnia qvæ non vergant in diſpendium ſalutis æternæ, ſervari debeant. (13)

GLORIA ALTISSIMO!

(1.) Guido Papa Deciſ. 440. n. 2. Dn. Carpz. 2. Reſp. 20. per tot. it Reſp. 49. n. 8 (2.) L. 6. §. 1. D. de O. Proc. Zang. de Except. p 2. c 5. n 417. (3.) Ord. Cam. p. 2. Tit. 35. Vultei. in Com. ad Tit. Cod. d. Jdict. l. 1. n 173 p. m. 103. (4.) Joh. Limn de Jur. publ lib. 9. c. 2. n. 73. (5.) Don. 17. Com. c. 9. per §. rectè J. de Mandato. (6.) L. 6. D. h. ubi Cuj in Paul. (7.) L. 18. h. §. ult. J. de perpet. & temp act. (8) L. 1. §. ult D. qvis & à qvo appell. Pac. in Iſag. ad d. t. Dn. Frantzk in Comment. D h. n. 41. (9.) c. pen. de Off. Del. Zoeſ. in Comment. hic n. 64. (10) L 18. D. h. (11) Bach. in Com. hic c. de Jdict. Prorog. n. 10. & ſeq. Dn. Frantzk in Comment. hic n. 47. (12) Cuj. ad Afric. d. l. 18. h. Dn. Frantzk. d. l. (13.) cc. in c. 1. X. de Jud.

